Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

modum Imperatorem ejunt. fuisse Senatui infensissimum,
adeo, ut omnes, qui in urbe pedibus laborabant,
etiam Senatores, convocatos in unum locum, ipse
clava omnes perculeret atque interficeret.

Senator, nomine Julius, cujus cognominis
res insueta Romanis, uno simplici nomine appellat
Auct. Baronium ad an. 192. Quod ad Julium Se-
natorem a Commodo occisum pertinet, æque hæsi-
cio mentem pulsat, num hic ille ipse sit Julius
Proculus Senator, quem Lampridius inter Sena-
tores ab eodem Imperatore occisos annumerat,
eumque a Commodo necatum esse cum filio, tra-
dit: eos enim omnes cum ille recenseat, privatas
cujusque necis causam prætermittit. Verum
quid certi de his affirmare possimus, nihil est.
Eundem esse, admodum verisimile judicat Stilt-
tingus Act. SS. ad 25 Aug. Sed, ut certius ali-
quid inveniamus; recordandum nobis, S. Julium
nostrum sepultum fuisse in Cœmeterio Calepodii.
De hoc Aringus in Roma subterranea l. 1, c. 12.
Celebre Calepodii Cœmeterium suum utique nomen
a B. Calepodio Presbytero ac Martyre sortitum est,
qui sub Alexandro Severo et Callisto Papa nobili
Ecclesiam triumpho decoravit; a quo ejusdem cor-
pus e flumine, in quod ab impiis persecutoribus
projectum fuerat, ingenti pietatis studio levatum,
in isto, de quo nunc agimus, cœmeterio religiose
conditum est. -- Porro illud certissimum est, ante com-
summatum Calepodii martyrium, alios quoque
Martyres eodem in cœmeterio tumulatos fuisse;
inter quos præcipuus est S. Julius Senator et Mar-
tyr sub Commodo Imperatore, -- tum enumeratis
pluribus Martyribus in eodem Cœmeterio sepultis,
quorum tamen nullo nemo Julius vocatur, pergit:
Ipsi demum Ecclesiæ tranquillitatis pace subsecu-
tis sedatisque barbaris persecutionum procellis, S. Ju-
lius Papa anno Christi 352 in hoc eodem cœmeterio
conditus est; quod Anastasius in ejus vita his verbis
testatur: Qui etiam sepultus est via Aureliâ in Ca-
cœmeterio Calpo Calepodii, milliario ab urbe tertio
pridie Idus Aprilis. Dein nullo interjecto, addit:
Præter Martyres autem quos supra recensuimus,